

Nf. 41.
(1)

18

* * * * *

IO. HENR. CALLENBERGII
OBSERVATIONVM
VARIARVM
PARTICVLA II.

Halæ MDCCXXXVI.

I.

BReuis delineatio ecclesie orientalis, horta-
tu ven. D. Ern. Sal. Cypriani, scripta ex
narratione Caroli Rali Dadichi, aleppensis. Græ-
ci incolunt Turciam europæam, insulas, in
archipelago sitas, Asiam minorem, Syriam,
Ægyptum & maris rubri littus; vbi græciani-
cis sacris adducti sunt omnes, exceptis paucis,
qui pontificiorum placita sunt amplexi. (etc.)
Syri inhabitant Syriam, Ægyptum, littus mar-
is rubri, Mesopotamiam, & extremas orien-
tis regiones. Hi sunt vel orthodoxi, qui
græcos sequuntur; vel nestoriani, vel euty-
chiani. Armeni per vniuersam asiam diuisi
reperiuntur: quorum pauci cum græcis (aut
pontificiis) consentiunt; plurimi sunt euty-
chiani. Cophitæ Ægypto continentur; ad
quos pertinent Habessini: eutychiani sunt
omnes.

X

II, Viri

II. *Viri docti*, ad *CHRISTUM conuersi*,
seculo I. & II. Virorum doctorum nomine
 intelligimus non eos solum, qui artes discipli-
 nasque docuerunt, aut illustrarunt scriptis,
 sed alios etiam, qui illis rite exculti nomen
 hoc merentur. Sunt in eorum numero Apol-
 linaris, Athenagoras, Clemens Alexandrinus,
 Dionysius Corinthius, Hierotheus, Ignati-
 us, Justinus M. Melito, Pantæus, Papias,
 Poly-

Apollinaris. *Theodor. heret. fab.* 1. 2. 3.
Phot. cod. 14. *Halloix eccl. orient. scr.*
sec. II. 793.

Athenagoras, *Ittigius in supplem. Clement.*
 227. *Fabricius in biblioth. græca, L. V.*
c. I. p. 86.

Clemens *strom. L. I. opp.* 274. *Euseb.* 142.
 Hierotheus. *Halloix.* 602.

Ignatius. *Euseb.* III. c. 22. *Hieron. script.*
eccl. c. 16.

Justinus M. *Ipse in dial. cum Tryph. Euseb.*
 98. 99. 101. 102. 110. 111. 113. *Hie-*
ron. scr. eccl. c. 23. *Halloix. sec. II.* 153.

Melito. *Halloix, l. c.* 820.

Pantæus. *Id* 839. *Euseb.* 142. *Phot. cod.* 118.

Papias. *Iren. L. V. c.* 33. *Euseb. lib. III.*
c. 39. & 30. *Hieron. ep.* 28. 29. &
in Chron. ad annum 101. *Phot. cod.*
 232. *Halloix sec. I.* 635. *du Pin bibl.*
to. I. 80. *Cajaub. exercit.* 69. *Frid.*

Span-

Polycarpus, Ptolemæus, Quadratus, Tertulianus, Tatianus, Theophilus. Dionysium in philosophia institutum fuisse, ac in ea profecisse multum, muneris dignitas, quæ non solum sequebatur nobilitatem & opes, facit probabile. Hic attendit Pauli dictis, & inter reliquorum ludibria, fidem illi cum nonnullis

) (2

aliis

Spanhem. in quatern. dissert. I. 79. Sam. Basnag. annal. to. 2. 35. Henr. Dodwell. diff. I. in Ireneum. Ittig. diff. prælim. biblioth. Patrum apost. 165. Weismanni hist. eccl. N. T. 109.

Polycarpus. *Ignatius in epist. ad Polycarpum, Euseb. V. c. 20. Hieronym. scr. eccl. c. 17.*

Ptolemæus. *Euseb. IV. 16. Ruinartus in actis martyr. 58.*

Quadratus. *Halloix eccles. orient. script. sac. I. 670.*

Tatianus. *Ipsc de sc. edit. 1636. p. 165. 170. Euseb. IV. 18. 19. Epiphan. heres. XLVI. 51. Hieron. catal. script. eccl. c. 29. Theod. L. I. c. 20. Massuet. dissert. in Iren. LXXI. Ittig. suppl. Clem. 374. Fabric. biblioth. græc. L. V. c. I. §. 19. p. 81.*

Theophilus. *Euseb. IV. c. 20. Hieron. catal. scr. eccl. c. 25. Halloix, sac. II. 735.*

aliis adjecit, narrante id Luca his verbis : hæse-
runt autem ei homines nonnulli, ac credide-
runt; in quibus fuit Dionysius Areopagita. Au-
di Tertullianum, de prioris vitæ suæ conditione
loquentem : *ego me scio neque alia carne
adulteria commisisse, neque nunc alia carne ad
continentiam eniti. - Ergo pænitentia vita est,
quum præponitur morti. Eam tu, peccator,
mei similis, (immo me minor; ego enim præ-
stantiam in delictis meis agnosco) ita inuade,
ita amplexare, ut naufragus, alicujus tabulæ
fidem. - Quid ergo ultra de istis duobus hu-
manæ salutis quasi Pbaris (intinctionis domi-
nicæ monumentis, & exomologesi) stili potius
negotium, quam officium conscientie meæ cu-
rans? Peccator enim omnium notarum cum
sim, nec ulli rei, nisi pænitentiae natus, non fa-
cile possum super illa tacere, quam ipse quoque
& stirpis humanæ & offense in dominum prin-
ceps, Adam, exomologesi restitutus in paradi-
sum suum, non tacet. Item alio loco: igitur
benedicti, quos gratia Dei expectat, cum de
illo sanctissimo lauacro noui natalis ascenditis,
& primas manus apud matrem cum fratribus
aperitis, petite de patre, petite de Domino,
peculia, gratias, distributiones charismatum*
sub-

Areopagita. Act. XVII. 34. Suidas sub ejus
nomine, Halloix, sec. 1. 2. II. 767. Ar-
noidus in der Kirch. u. Ketz. hist. P. I. 37.
Weismannus in hist. eccl. P. I. 65.

*subiciente; petite, & accipietis, inquit. Quæ-
sistis enim & inuenistis; pulsastis, & apertum
est vobis. Tantum oro, vt, cum petitis, etiam
Tertulliani, peccatoris, meminertis.*

III. Priscorum ecclesie scriptorum do-
ctrinam de natiuitate Christi exhibet Ittigius
in patrum apostolicorum bibliotheca; scili-
cet Clementis romani, & Ignatii. Huc per-
tinet quoque supplementum Clementis alexan-
drini, & Daumii scriptum.

IV. Lambertus Alardus, sacrorum an-
tistes apud meldorfenses, anno superioris sæ-
culi septuagesimo tertio vita functus, studio-
se defendit Arndium, ejusque aduersarios im-
pietatis accusat.

)(3

V.

Peccatoris meminertis. *de resurr. c. 59. de
pœnitentia. c. 4. & 12. de baptismo c.
XX. Hieronym. script. c. 53. Halloix
sæc. II. 767.*

Clementis romani. p. 29. 31. 33. 55.
113.

Ignatii. p. 3. 39. 41. 49. 51. 53. 65.

Clementis alexandrini. 19. 77. 79. 132.
140. 141. 159.

Daumii *aliquot homiliae patrum in natiuita-
tem Christi.*

Lambertus Alardus, *in epiphyllidibus suis
philologicis, Schleusingæ, 1636.*

V. *Duplex modus lucrandi animas, in pontificia ecclesia desideratus.* Incidit in manus meas libellus de veritatibus christianis, quæ modum exhibeant bene viuendi & bene moriendi. Autor ejus est Henricus Balde, jesuita, qui illum anno *MDCCXXV*. Wratislaviæ edidit, Capite *LXX*. hæc habet: "ad
 "animarum lucrum non parum conducit, per
 "se, vel per eum, qui nobis a confessionibus est,
 "aliosque probatæ vitæ homines, distribuere li-
 "bellos, quos censemus idoneos, vt aliorum
 "animis Dei timorem inferant. Plurimum hac
 "ratione promeremur, omniumque fructuum,
 "qui vbiuis inde proueniunt, participes reddi-
 "mur; idque tot annorum spatio, quot illi per
 "manus vagantur: (*) - Hæc profecto veri-
 "tas attendenda consideratione digna est. Multos
 "obcæcat auaritia: proprium emolumentum
 "præ Dei gloria cordi habent. Prodigii sunt,
 "vt corpus exornent splendidis vestibus, quæ
 "non nisi vanitate oculos perstringunt, & ad
 "peccandum alliciunt; tenacissimi autem sunt
 "in allaborando, vt animæ pretiosissimo diui-
 "næ gratiæ indumento exornentur. Ingentes
 "faciunt

(*) *Verbis, quæ omitto, inuectus est in hæreticorum librorum distributores; quos autem inprimis notet, cum non lateat, diuinam precamur ei lucem, qua verum a falso melius discernere possit.*

"faciunt sumptus, vt desiderijs suis obsequan-
 "tur, vt lauta instruant conuiuia ad luxum,
 "magnificentiam, vanamque gloriam; sed
 "nihil prorsus erogant in emolumentum ani-
 "marum, quæ defectu salutaris alimenti lan-
 "guent, & contabescunt: atque ita eheu! ad
 "Dei gloriam propagandam, toti intepesci-
 "mus. Paucis nummis multas lucrari possemus
 "animas; sed hi reperiri nequeunt: - Ac-
 "cedit, quæstum animarum nos facere posse,
 "vicos vrbesque percurfando, atque ignorantes,
 "qui ibidem degunt, docendo, quæ ad salutem
 "sunt necessaria. Hunc in finem Apostoli mille
 "inter pericula orbem peragrarunt; sed quis
 "horum infistit vestigijs? Multos quidem in-
 "venire est, qui in remotas oras diu noctuque
 "veloci cursu contendunt, vt honorificum mu-
 "nus, amplumque aliquod lucrum adipiscan-
 "tur; sed paucissimi sunt, qui in animarum
 "emolumentum ejusmodi iter aggrediuntur.
 "Milites conscribuntur, exercitus constantur,
 "bona oppignorantur, quin & ipsa vita in di-
 "scrimen adducitur, expugnandæ alicujus vrbis
 "causa, vt terreni cujusdam regis imperium sta-
 "biliatur, utque is summam rerum ibidem ad-
 "ministrat. Verum, vt Deus, rex regum, in
 "regionibus, (***) ubi ejus gloria pessumdatur,
 " &

(***) *Respicit ad populorum, a Christo alie-
 norum, conuersionem. De qua iuuanda
 nostra*

”& jugum ejus excutitur, innumeris animabus
 ”imperet, vix pedem mouemus, aut num-
 ”mum erogamus in alimentum apostolicorum
 ”virorum. (***)

*nostrates quoque docuerunt: Henr. Hapf-
 nerus in Saxonia euangelica f. 222. seq.
 Georg. Calixtus in oratione de populis, in
 religione a nobis dissidentibus, ad veri-
 tatis agnitionem adducendis: Io. Georg.
 Dorscheus praef. nou. edit. der religions-
 serupel, ad propof. X. D. Alberti contra
 Frantz. c. I. §. 19. f. 43. Andreas Mul-
 lerus in excerptis ex mscr. codice turcico
 de cognitione Dei, in dedic. p. 9. item in
 notis c. 2. fin. D. I. med. vbi promittit,
 se dissertationem publicaturum de procu-
 randa etiam exterorum salute: Io. Urfsi-
 nus vom unterscheid der religionen. §. 49.
 & §. 7. Item conferri possunt Io. Potke-
 nii, praepositi coloniensis, introductio in lin-
 guas externas, in praefatione; Io. Hoorn-
 beckii summa controuersiarum p. 166-190:
 der Denischen missionarien bericht, vol.
 I. p. 841.*

(***) *Quam longe hi ab apostolorum indole
 remoti sint, vel doctrinae ostendit discre-
 pantia.*


* (o) *

*

Bd 1216.

S 8

B. C.



IO. HENR. CALLENBERGII
OBSERVATIONVM
 VARIARVM
 PARTICVLA II.

Hale MDCCXXXVI.

I.

Brevis delineatio ecclesie orientalis, hortatu ven. D. Ern. Sal. Cypriani, scripta ex narratione Caroli Rali Dadichi, aleppensis. Græci incolunt Terciam europæam, insulas, in archipelago fitas, Asiam minorem, Syriam, Ægyptum & maris rubri littus; vbi græcanicis lacris adducti sunt omnes, exceptis paucis, qui pontificiorum placita sunt amplexi. (etc.) Syri inhabitant Syriam, Ægyptum, littus maris rubri, Mesopotamiam, & extremas orientis regiones. Hi sunt vel orthodoxi, qui græcos sequuntur; vel nestoriani, vel euty-chiani. Armeni per vniuersam asiam diuisi reperiuntur: quorum pauci cum græcis (aut pontificiis) consentiunt; plurimi sunt euty-chiani. Cophitæ Ægypto continentur; ad quos pertinent Habessini: euty-chiani sunt omnes.

X

II. Viri.

